

An Con-
cupiscen-
tia in rena-
tis peccati
rationem
habeat.

Sefs. 5.
decr. 5

In refutat
art. 2. couf.
August.
Harm.
Fabr. pag.
18. & 20.

113. *Remanet ergò semper in Sanctis sive Renatis Concupiscentia: Quæ an peccati propriè sic dicti rationem, & quo respectu obtineat: acriter superioribus annis inter D. Lutherum & Pontificios disceptatum fuit.*

113. *Conciliabulũ quidem Tridentinũ, pro suo, quod in scripturam sibi arrogavit, censorio supercilio, negativam his verbis sancire voluit: Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, Sancta (scilicet) Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatũ appellari, quod verè & propriè in Renatis peccatũ sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat: Si quis autem contrarium senserit, anathema sit.*

94. *Quam impietatem adauget Iohãnes à Daventria, impudentissimus Monachus, scribẽs: Non præceptum est carni nec animæ sensitivæ, sed intellectivæ, Non concupisces, quòd illa non potest nõ concupiscere carnalia. Si carni præciperetur, Non concupisces, perindè esset, ac si DEVS Soli & Lunæ præcepisset, ne luccerent: igni, ne arderet; aquæ, ne deflueret; lapidi fundâ emisso, ne decideret. Hæc enim omnia agunt naturæ vi impellente: Sic Caro seu anima sensitiva, hac corruptela, quam à protoparente contraxit, carere non potest.*

Quin